

H
3
18
14(45)

PRO PRIMORDIALI
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO
PONTIFICIAS
SANCTISSIMÆ
VIRGINI
MARIÆ,

Sub titulo

SYLVENHARO
DA SYLDEYXOTO,
FRANC, A

*In devotionis signum
Reverenter*

DEDICAT.

PRINCIPALITER

VENTILABITUR:

Utrum Extrema voluntas possit pendere ex alieno arbitrio? Negativè

14 (42)

SANCTISSIMA
VIRGINI
MARIAE

sub titulo

PENNA
DE

FARRANCA

In devotionis signum

Reverenter

DEDICATA

PRO PRIMORDIALI
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO
PONTIFICIAS
CONCLUSIONES,
DEDUCTAS

EX

SUBTILI, AC PERUTILI MATERIA DE
Legatis, & fideicommissis sub textu in cap. Filius noster 5. de
testamentis, & ultimis voluntatibus lib. 3. Decretaliū.

Auspicante

PRÆCLARISSIMO DOMINO, AC SAPIENTISSIMO D.

SYLVESTRO

DA SYLVA PEYXOTO,

*Juris Canonici Interprete acutissimo, in Pontificio D. Petri Collegio
Collega ornatissimo, & olim Rectore emeritissimo, ad maiora pro
meritis expectatissimo.*

Defendendas proponit

ANTONIUS NOVAES,
E CAMPOS,

Suo 5. juris Canonici anno, die 8 hujus mensis, hora 3

PRINCIPALITER

VENTILABITUR:

Utrum Extrema voluntas possit pendere ex alieno arbitrio? Negativè.

PRO PRIMORDIALI
 LITTERARUM EXAMINE SUBEUNDO
 PONTIFICIAS
 CONCLUSIONES
 DEDUCTAS
 EX

SUBTILI, AC PERUTILI MATERIA DE
 Legatis & fideicommissis sub textu in cap. Filius noster. de
 testamentis & ultimis voluntatibus lib. 3. Decretalium.

Aspicimus

PRÆCLARISSIMO DOMINO, AC SAPIENTISSIMO D.

SYLVESTRO

DA SYLVA PEYXOTO,

Juris Canonici Interprete acutissimo, in Pontificio D. Petri Collegio
 Collegæ ornatissimo, & olim Rectore emeritissimo, ad maiora pro
 meritis expectatissimo.

Defendendas proponit

ANTONIUS NOVAVES

ECAMPUS,

duo 5. juris Canonici anno, die 8. hujus mensis, hora

PRINCIPALITER

VENTILABITUR.

Utrum Extrema voluntas possit pendere ex alieno arbitrio? Negativa.

DE PERSONIS, QUIBUS

Testamenti factio inhibetur.

Ad I.C. Ulpian. lib. 1. Fideicommiss. in l. 1. in principio, & §. 1. cum seqq. hoc nostro tit. ff. de leg. 3.

- 1 **I**ncertus de statu suo testamentum condere nequit.
- 2 In suo statu errans non potest testamentum conde-
- 3 re; nec fideicommissum relinquere.
- 4 Deportato testandi facultas denegatur.
- 5 Sententia deportationis á Præsidi Provinciæ pro-
- 6 lata absque Principis confirmatione effectum non sortitur.
- 7 Deportatus à Præsidi Provinciæ ante Principis confirmationem
- 8 jus testandi retinet.
- 9 Præfectus Prætorius, gerensque eius vices deportare potest.
- 10 Item Præfecto Urbis eadem est potestas.
- 11 Deportatum per supradictorum sententiam statim civitatem,
- 12 factionemque testamenti amittere certum est.
- 13 Si vero deportatus à deportationis sententia provocaverit, testa-
- 14 ri poterit.
- 15 Filiusfamilias illius, qui apud hostes est, testari nequit.

DE HEREDE DUBIO CIR- ca suum, & testatoris statum.

Ad præd. I. C. in d. l. in principio hoc nostro tit.

- 1 **I**ncertus de delatione hereditatis eam adire non
- 2 potest.
- 3 Heres dubitans de statu testatoris hereditatem ad-
- 4 ire non potest.
- 5 Dubitans vero de statu suo potest.
- 6 Dubitanti circa testamenti vires hereditatis ad-
- 7 itio denegatur.
- 8 Dubitans, sitne institutus purè vel sub conditione nequit a-
- 9 dire.

A 3

6 Idem

Verba commendativa non inducunt fideicommissum.

- 6 Idē dicendū de incerto circa partē, ex qua fuit heres institutus.
- 7 Incertus de morte testatoris adire prohibetur.
- 8 Eademmet prohibitio locum sibi vendicat, quando heres dubitat ex testamento ne, vel ab intestato succedat.
- 9 Dubitans, an jure institutionis, vel substitutionis succedat, inutiliter adit.
- 10 Quandiu institutus admitti potest, substituto locus non fit.
- 11 Dubitans, an possit adire, non potest repudiare.
- 12 Qui certus est sibi & testamentariam, & legitimam hereditatem competere, si illam repudiet, istam repudiare non cōsetur.
- 13 Si vero legitimam repudiet, utramque repudiare prælumitur.

A Q V I B V S P E R S O N I S

fideicommissum relinqui possit.

Ad præd. I. C. Ulpian. in §. sciendum 6. usq. ad fin. nostræ l. 1. & ad I. C. Gayum lib. 1. fideicom. in l. 2. & ad eundem I. C. Ulpian. in l. 3. per tot. & denique ad I. C. Paulum lib. 4. sententiarum in l. à patre 4. ff. hoc nostro tit.

- 1 **A** omnibus personis potest fideicommissum relinqui, ad quas aliquid perventurum est morte defuncti.
- 2 Non potest relinqui ab eo, qui jus testandi non habet.
- 3 A quocumque debitore potest fideicommissum.
- 4 Item ab herede instituto, & á substitutis tam vulgaribus, quam pupillaribus.
- 5 Minime potest relinqui ab herede, ut sibi acquirat.
- 6 A filio preterito haud quaquam relinquitur.
- 7 A patre, vel domino, cujus servus, vel filius heres instituitur, fideicommissum valet.
- 8 A legatario quoque, & fideicommissario fideicommissum relinquitur sustinetur.
- 9 Nemo tamen in plus, quam recipit, gravari potest.

Ad præd. I. C. Ulpian. in l. si fuerit 5. & ad I. C. Paulum lib. 1.

fideicommiss. in l. sed & si 6. & in leg. si legatarius

8. ff. hoc nostro tit.



1 **S**i legatum fuerit Municipio relictum, ab illis, qui Rem publicam gerunt, fideicommissum dari potest.

2 Etiam ab herede legitimo, & ab herede heredis, seu legatarij, fideicommissum relictum debetur.

3 Si legatarius fideicommissio gravatus agnoscere, vel exigere legatum non vult, actione contra heredem cedere tenetur.

4 Servo heredis fideicommissum relinqui non potest, nisi heres gravetur de præstanda libertate ipsi servo; vel iste talis alicui legetur.

DE PERSONIS, QUÆ

ex testamento capere nequeunt.

Ad præd. I. C. Ulpian. lib. 1. fideicommiss. in l. si deportati 7. ff. hoc nostro tit.



1 **F**ideicommissum deportati servo relictum ad Fiscum spectat; nisi deportatus illum in vita testatoris alienet, aut ipse deportatus institutus decedat.

2 Filius spurius respectu testamēti paterni est omnino incapax.

3 Filij naturales solum tempore Constantini fuerunt incapaces; quid postea eis premitteretur accipere? In certamine dicam.

4 Hæreticus tam notorius, quam occultus incapax reputatur, ne ex testamento capere possit.

5 Deportatus potest capere ex testamento militis; minime tamen hæreticus.

QVIBVS VERBIS FI-

deicommissa relinquuntur.

Ad præd. I. C. Ulpian. lib. 2. fideicommiss. in l. fideicommissa 11.

cum §§. sequentib. usq. ad §. si rem 12. exclusive.



1 **F**ideicommissa non solum Latino sermone, sed & alio quocumque relinqui possunt.

2 Si testator efficiat testamenti exemplum, & priusquam testetur decedat, non valet exemplum, neque ut codicillus.

3 Verba commendativa non inducunt fideicommissum.

4 Heres

- 4 Heres gravatus de restituendâ suâ portione coheredi, accepta ab illo certa pecuniæ quantitate, potest adversus eum agere, ut quantitatem præstet. Quid si quantitem offerat? Gravatum compellere potest ad restitutionem portionis.
- 5 Si testator duos instituerit heredes, & unum gravaverit de sua portione alij restituendâ, accepta ab eo certa pecuniæ quantitate, duplex datur fideicommissum, unum respectu portionis, quantitatis vero alterum.
- 6 Inducitur fideicommissum si testator dixerit: sufficiant tibi vineæ, vel fundus; quemadmodum si dixerit: contentus esto tali re, vel fundo.
- 7 Fideicommissum hoc modo relictum, nisi heres nolluerit, validum est.
- 8 Legatum, vel fideicommissum nullo modo potest conferri in liberam heredis voluntatem.
- 9 Institutio heredis non potest ab aliena voluntate pendere.
- 10 Legatum, vel fideicommissum nullo modo potest conferri in liberam, & expressam voluntatem tertij.
- 11 Legatum, licet ab aliena voluntate pendere non possit, ab arbitrio tamen potest.
- 12 Legatum in voluntate ipsius legatarij relinqui valet.
- 13 Si pater, filio herede instituto, dicat; te, fili, rogo, ut prædia hereditaria ita diligas, & cures, ut ad filios tuos perveniant, fideicommissum valet.
- 14 Si filiofamilias fideicommissum relinquatur sub conditione, si morte patris sui juris efficiatur, & postea emancipetur, impleta conditio censebitur.

QVIBVS MODIS REVO- catur Legatum.

Ad præd. I. C. Ulpian. in §. si rem 12. nostra l. 11.

- 1  Iquis rem legatam, urgente necessitate, alienaverit non iudicabitur legatum extinctum.
- 2  Inde colligitur per alienationem voluntariam legatum extinguere, licet non sortiatur effectum alienatio.
- 3 Neque reviviscit legatum, quanvis rem alienatam redemerit testator,

stator, & in ejus bonis sit tempore mortis.

- 4 Extincto legato per alienationem voluntariam respectu rei principalis legatae, etiam quoad accessorium extinguetur.

QUÆNAM RES LEGARI possint.

Ad l. C. Ulpian. in §. si quis illicite cum seq. nostra l. 11.

- 1 **M** Armora, columnæ, regulæ, & alia ædificijs inhærentia legari nequeunt, nec quando legantur, earum æstimatio debetur.
- 2 Si tamen ædificium fuerit illicite constructum, illi affixa recte legantur.
- 3 Valet fideicommissum, quando heres gravatur de præstandâ alicui certâ pecuniæ quantitate fœnori, quin fideicommissarius cautionem reddere cogatur.
- 4 Usuræ licitæ nullo jure prohibentur, ideo jure nostro Regio usura valida est: *De seis, & hunc quarto per cento.*
- 5 Si seruo militia legetur, domino debetur æstimatio, sciente testatore legatarium esse servum; secus ignorante.
- 6 Quando fideicommissum præstari non potest, ejus æstimatio debetur.
- 7 Sustinetur legatum, quando testator centum legavit, eo adjecto, ut si legatarius ea perdidisset, iterum ei præstaretur.
- 8 Heres præstando prima decem, non potest cautionem exigere à legatario de non perdendo.
- 9 Sed non amplius, quam semel, heres præstare cogetur, si legatarius perdidit.
- 10 Heres nequit in infinitum gravari.
- 11 Fideicommissum relictum animo compensandi, si compensatio non sequatur, non debetur.

082

DE INCERTITUDINE IN

Legatis, & ad quem pertineat electio.

Ad I. C. Valent. lib. 1. fideicommiss. in l. stichus 12. & ad I. C. Maccan. lib. 2. fideicommiss. in l. sic locutus 13. ff. hoc nostro tit.

- 1  I testator seruo suo in testamento libertatem reliquerit, ut heres seruum artificium doceat, vel docere faciat, fideicommissum validum iudicabitur; & verificabitur officio iudicis.
- 2  Legatum de re omnino incerta nullum esse asseveramus.
- 3 Incertitudo circa legatarij personam omnino legatum vitiat.
- 4 Si servus generaliter legetur ab eo, qui nullum servum habet, electio erit heredi.
- 5 Idem si testator duos habens stichos, stichum legaverit.
- 6 In legatis alternativis illi erit electio, ad quem verba testatoris prospexerint.
- 7 Si sic locutus fuerit testator: Heres meus Titio fundum dato, & scio hoc amplius decem, utrumque legatarium esse respectu fundi non dubitamus.

DE LEGATO RELICTO

sub conditione, quæ à jure remittitur.

Ad I. C. Gayū lib. 1. fideicom. in l. non dubium 14. ff. hoc nostro tit.

- 1  Onditio impeditiva matrimonij pro non scripta habetur.
- 2  Si testator uxori legatum reliquerit sub conditione, si non nupserit, eamque gravaverit, ut illud restituat, ad restitutionem tenebitur, casu, quo nubat.
- 3 Heres institutus sub conditione jurandi, quanvis juramento remisso, ad hereditatem admittatur, legata, & fideicommissa in testamento relicta præstare tenetur.
- 4 Magna difficultas est: Utrum obligatio injuncta maneat conditionalis, an modalis? Modalem manere defendimus.

1408
14(46)

DE LEGATO DIFFICILIS

traditionis.

Ad I.C. Macian. lib. 2. fideicommiss. in l. heres 15. ff. hoc nostro tit.

1
2

A, quæ in profundo maris sunt, legari possunt.

Ad earum præstationem tenetur heres, quando-
cumque apparuerit.

CONIMBRICÆ:

Ex Typ. in REGALI ARTIUM COLLEGIO
SOCIETATIS JESU,

Anno Domini 1720. *Cum facultate Superiorum.*



D. O. & C.

DE REGALIA DIGNITATE

Legatis, & ad iudicium electio.

Ab anno Domini 1750. Cum facultate Superiorum. In legatis, & ad iudicium electio.

Ab eadem praeiudicium tenetur heres, quando querit, ut heres, & ad iudicium electio. & verificabitur officio iudicis.



CONIMBRICAE

Incertitudo circa legatum, & ad iudicium electio. Extremum REGALIA DIGNITATE


5 Idem si testator, & ad iudicium electio. Anno Domini 1750. Cum facultate Superiorum. In legatis, & ad iudicium electio, ad quem verba testatoris prospexerint.

7 Si sic locutus fuerit testator: Heres meus Titio fundum dato, & scio hoc amplius decem, utrumque legatarium esse respectu



4 Magna difficultas est: Utrum legatum in iuncta maneat conditionalis, an modalis? Modalem manere defendimus.

DE



170
528
X

Incluseione & Inquis
En Villa